

Mandatur Vobis exequutoribus, sub exequutoribus & Alijs, ad quos spectat, quatenus statim Visis, & receptis praesentibus sub 500. ducatorum auri & c. alijsque penis, & c. debeatis, & quilibet vestrum debeat N. de N. ex aduerso principalem ob attentata occupatione & detentione territorij, seu fundi N. de quo agitur amouisse, & abstulisse, dictumque N. de N. Actorem & omnia in pristinum statum, in quo erant ante huiusmodi attentata, restituisse, reposuisse, & reintegrasse, amoto quocumque illicito detentore, aliaque desuper necessaria, & opportuna fecisse; In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Necnon auferatis de bonis, de domo, vel aliunde dicti N. de N. bona valoris iuliorum, (seu carolenorum, & c.) tot. . . pro expensis praesentis mandati, quae obla- deponatis, ad effectum, & c. quia d. N. de N. aduersario citato in vim sententiae desuper late Reuerendiss. Dominus ita mandauit. Datum N. hac die. . . mensis. . . Anni. . . N. Notarius, & c. Locus & Sigilli N. Vicarius Generalis, & c.

37. Quod mandatum consignatur Nuncijs, seu Curatoribus, aut seruientibus Curiae, & ipsi illius vigore procedunt ad executionem, & ad omnem alium actum necessarium, & opportunum, amouendo detentorem a possessione, & illam tradendo alteri parti, & omnia alia faciendo, iuxta formam mandati, de quibus omnibus Notarius, seu Aduarius causae publicum conficere debet instrumentum, secundum formulam a nobis supra pro exemplo positam. d. p. 2. Sect. 2. Subsect. 11. nu. 105. mutatis tamen verbis: associationis in verba restitutionis, & reintegrationis, & omnis quibusdam alijs, iuxta formam praefati mandati; pro maiori tamen facilitate iuuenum, melius erit subnectere per extensum, vt infra, videl.

Forma Instrumenti conficiendi per Notarium super executione facta, virtute mandati, & sententiae, & c.

N. de N. Exequutor Curiae N. mihi cognitus, & c. cui est directum mandatum de reintegrando ad possessionem unius territorij, seu fundi N. siti in loco N. iuxta bona N. & N. & alios si qui, & c. ad instantiam N. de N. contra N. de N. per Acta mei, & c. per Reuerendiss. Dominum N. sub die....

In Conceptione Tua Virgo Immaculata Fuisi
Ora Pro Nobis Patrem, Cuius Filium Peperisti.

FINIS TERTIAE PARTIS.

P R A X I S
V I C A R I O R V M
A B B A T. C A R O L I
P E L L E G R I N I
C I V I T A T. C A S T R I V I L L A R V M
V t r i u s q; I u r i s D o c t & P r o t h o n o t. A p o s t.
P A R S Q V A R T A
I N Q V A H A B E T V R P R A C T I C A C R I M I N A L I S
Super modo procedendi in causis Criminum.

Nedum Vicarijs: verum etiam Iudicibus Laicis, ac Regularium Superioribus, & Causidicis omnibus perutilis, ac necessaria.

Cum Actorum Formulis, & obseruationibus Sacrorum Canonum, Legum, & Doctorum, eodem, quo superius, ordine disposita.

seruatis seruandis in vim sententiae decretum, & relaxatum, prout in actis, ad quae, & c. Quod quidem mandatum pra manu habens mihi tradidit praesenti instrumento inferendum tenoris sequentis videlicet: Demandato, & c. (Et inferatur totus tenor mandati.) Vigore cuius mandati supra dictum N. de N. a possessione, seu detentione, & occupatione dicti territorij, seu fundi amouendo, eiciendo, & auferendo, praefatusque N. de N. Actorem ad possessionem eiusdem fundi reponendo, restituendo, & reintegrando, & omnia in pristinum statum, in quo erant ante huiusmodi attentata a pari modo reponendo, & restituendo, & eundem N. de N. in realem, corporalem, & actualem eiusdem fundi induxit, reposuit, & reintegravit, & c. Qui quidem N. de N. sic inductus, restitutus, & reintegratus, dicti fundi realem, corporalem, & actualem possessionem accepit, & adeptus fuit, & in signum verae, realis, corporalis, & actualis possessionis per eam deambulauit, glebas terrae in manibus accipiendo, arborum ramos incidendo, portas domus eiusdem fundi, ac fenestras aperiendo, et claudendo, & alia necessaria, & opportuna faciendo, ac in similibus fieri solita non omitendo, & c. Preterea dictus N. quod per eius discessum, aut recessum a dicto territorio, seu fundo, non interdi illius possessionem, acceptam, & acquisitam dimittere, aut relaxare, sed illam animo, & corpore continuare, non solum, vt supra, sed omni alio meliori modo, & c. Actum, & c. praesentibus, & c. testibus ad praemissa, & c. vocatis, habitis, atque rogatis, & c.

Cum vero procedendum erit ad taxationem expensarum, poterit adhiberi forma praescripta sup. ead. p. 2. Sect. 3. Subsect. 11. nu. 82. Et similiter in liquidatione factu, prout habetur ibid. n. 83. & seqq. Et si deueniendum erit ad pignorum venditionem, & subastationem, procedi poterit, iuxta praxim similiter sup. traditam. d. p. 3. Sect. 3. Subsect. 2. n. 74. cum seqq.

Et sic ex dictis remanet expedita tertia pars nostrae Practicae vtriusque fori, Ecclesiastici, & Saecularis; ad Laudem, & Gloriam Sanctissimae, & Indiuiduae Trinitatis, Gloriosissimae semper Virginis Mariae, & c. Amen.

